JO. GOTTL:
HEINECCII JC.
OPUSCULA
VARIA,

In duas Partes diviſa:

JO. GOTTL:

HEINECCII JC.

REG. MAJEST. PRUSSIÆ
Conſil. Int. in Acad. Hal. Jur.
& Philoſ. Prof. ac H. T.
Prorectoris

OPUSCULORUM VARIORUM SYLLOGE,

OLIM SEORSUM EDITORUM,
jam in hunc faſciculum collectorum.

PARS PRIMA.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA
MDCCXLVIII.

Superiorum Permiſſu, ac Privilegiis.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

Jo. Gottl. Heineccius Jc.

SPem aliquoties fecerunt bibliopolæ, diſſertationum mearum, quas partim juvenis, partim jam docendi munere functus, in tribus academiis conſcripſi, in unum faſciculum conjungendarum. Quod conſilium aliorumne hortatu ceperint, an quia quædam illorum opuſculorum frequentius in tabernis librariis quærerentur, ceu mihi a quibuſnam relatum eſt, non facile dixerim. id adfirmare poſſum candide, ſi meo res acta eſſet arbitrio, me facile paſſurum fuiſſe, has ſchedas, exercitationi tantum academicæ deſtinatas interire. Sunt in his diſſertationibus quædam, a me adoleſcente conſcriptæ, quando nec ea judicii maturitas, nec tantus librorum adparatus, nec tam diffuſa lectio erat, ut omnia ad amuſſim ſcribi atque expoliri potue-

DE GENUINA NATIVITATIS CHRISTI ÆRA

EXERCITATIO I.

Ex Numis & Inſcriptionibus antiquis illuſtrata.

---

§. I. Numorum & inſcriptionum auctoritas & præſtantia. §. II. Ea etiam in hiſtoria eccleſiaſtica ſeſe exſerit. §. III. Scopus Diſſertationis. §. IV. Cur æra genuina Nativitatis Chriſti hodienum tam obſcura ſit? Chriſtiani quas æras uſurpaverint? Quando Dionyſiaca publice recepta? §. V. Monimenta antiqua, æra Chriſti ſignata, ſuppoſititia ſunt. Veluti gladius Conſtantini M. Litterarum Gothicarum origo. §. VI. Numus Conſtantini M. ſuppoſititius, nec non ejuſdem nota Inſcriptio Spoletana. §. VII. Num æra Chriſti in numis medii ævi occurrat? Numus bracteatus Bernardi Ducis. Cifra Arabica numeris Romanis intermixta. §. VIII. Quot viis monimenta